



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

II. Monita pro collatione Confirmationis ab Episcopis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

HORA IX.

Monita pro administratione
Sacramentorum.

Monita pro Baptismi administratione.

I. Si, Sacerdos, peccati gravioris sis
consistere, vel conterere antequam ba-
ptizet, neve novum grave delictum com-
mittas.

II. Tardè, distinctè & affectuosè omnia
singula pronuntia.

III. Ceremonias omnes in Rituali pra-
scriptas exactè observa.

IV. Patrini officii sui partes inculca.

V. Aquam baptismalem vertici infan-
tibus infunde & in librum parochia-
rum, Baptizati, Parentum & Patrinatorum
nomen referre non negliges.

II. Monita pro collatione Con-
firmationis ab Episcopis.

I. Hoc Sacramentum, juxta praxim
ecclesie, non conferendum pueris ante u-
murationis.

Adul-

II. Adultiores, si peccato graviores infecti sint, prius conscientiam expient.

III. Suscepturi hoc Sacramentum, prius de ejusdem valore & effectibus instruantur.

IV. Adstet Patrinus, antè jam confirmatus.

V. Non negligatur, aut vilipendatur hoc Sacramentum tam efficax, tantiq; estimatum etiam in primitiva Ecclesia.

*III. Pro distributione S. Eucharistia.
Oratio ante distributionem.*

PRæveni, quæsumus, Domine Deus nos-
ter & gratiâ tuâ efficace omnes dispo-
ne per me cœlesti Epulo hodie reficien-
dos; ut non Judæ instar, ore sacrilego, ju-
dicium sibi manducant; sed corde mun-
do sanctissimum Filii tui corpus suscipi-
ant, & omnes hujus Sacramenti fructus
copiosè percipiant. Per eundem D. N. J.
Christum. Amen.

*Inter distribuendum sacram Commu-
nionem pia suspiria elice: & quidem*

*I. Tempore Adventûs, roga Christum
incarnatum, ut communicantes, quos vel-*

Frater visitet, gratiâ, sanctitate, & læ-
titiâ spirituali repleat, quemadmodum B.

& S. Joannem Baptistam.

II. Tempore Nativitatis ora, ut Chri-
stus natus in communicantium cordibus
rescatur, eosq; velut Magister doceat, ac
formet ad suam similitudinem, donis cœ-
lestibus & divitiis spiritualibus eos dices,
veluti sanctos tres Reges & Pastores.

III. Tempore Quadragesimæ precare
Christum patientem, ut corporis & san-
guinis sui alexipharmaco, velut Medicus
omnipotens, omnes communicantiû morbos
spirituales cures: ut Magdalena & Zachæi.

IV. Tempore Paschali. pete ut Christus
redivivus velut Sol infinita activitatis
communicantium tenebras dispellat, &
viam perfectionis ac salutis demonstret,
veluti Apostolis.

V. Tempore Pentecostes roga Christum
cujus lampades, lampades ignis atq; flam-
marum, ut omnes communicantes à sca-
pulis peccatorum purgatos inflammet, ve-
luti primos Christianos. Aut velut car-
bo ignitus omnium linguas tangat, & om-
nia lingue vitia consumat, veluti Isaiæ.

Oratio

Oratio post distributionem.

Corpus Domini nostri Iesu Christi cu-
stodiat animas vestras, ut non rever-
tantur ad volutabrum luti, ad servitium
Diaboli, ad pericula inferni; sed in om-
ni sanctitate & iustitia eas perficiat & per-
ducat *in vitam eternam*. Amen.

IV. Monita de auditione
Confessionum.

Ante Confessiones.

I. Cogita, *Sacerdos*, quod sis *Judex*,
Medicus, *Magister*, *Pastor*, *Pater*, *Fanitor*
caeli, *Minister Christi*, *instrumentum*
Dei in animabus purgandis, *illuminan-*
dis & *perficiendis*. Hinc antequam exbo-
mologeterium intres excita affectus pro-
funde *humilitatis*, *diffidentia* tui, *fidu-*
cia in Deum & *Christi merita*, *zeli ho-*
noris Dei & *salutis animarum*, *gratiamq;*
divinam enixè flagita.

Oratio I.

Omnipotens sempiternae Deus, gratiã
tuã efficace mihi assiste & protegeme,
ut absque omni propriae salutis, puritatis
& tranquillitatis amittendae periculo im-
positum